Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



34 26

Hec hostia quesumus domine munda delicta et ad sacrificium celebrandum subditorum corpora mentesque sanctificet. Per. Comm. Manducantes omnes de hoc quod precedunt de corpore dei. Compl. Quos tantis donis lacrimis vitiis mysteriis quesumus ut restitutos corpore vegetant aptare dignis per dominum. Dnica. nona. Deus qui nos in tantis periculis constitutos prohumana sua fragilitate non posse subsistere da nobis salutem mentis et corporis ut ea que pro peccatis nostris patimur te adiuvante vincamus. Oratio quesumus omnipotens deus ut huius sacrificii munus oblatum fragilitate nostra ab omni malo purget semper et muniat. Per. Compl. Munera tua nos domine deus a delectationibus terrenis expediant et celestibus semper instaurent alimentis. Per dominum nostrum ad romanos. 13

Fratres. Nemini quicquam debeatis nisi ut invicem diligatis. Qui enim diligit proximum legem implevit. Nam non adulterabis. non occides. non furaberis. non falsum testimonium dices. non concupiscis rem proximi tui. et si quod est aliud mandatum in hoc verbo instaurat. diliges proximum tuum sicut te ipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. Secundum matheum. 8

In illo tempore. ascendente iesu in naviculam. secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari. ita ut navicula operiretur fluctibus. Ipse vero dormiebat. Et accesserunt et suscitaverunt eum dicentes. Domine salva nos perimus. Et dicit eis. Quid timidi estis modice fidei. Tunc surgens imperavit ventis et mari. et facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt dicentes